## Gargarismi.

*GArgarismi quicunque fiunt ex aquis, succis, & decoctione cephalicorum calidorum, quibus etiam permiscentur syrup. capitales, & magna antidota pro vsus necessitate. Horum materiæ ex alibi dictis patent. Pro illitione palati conferunt syrupi capitales, vel soli, vel mixti confectionibus, vel prædictis pulueribus pro mediocri, & valido masticatorio: sed præstantia sunt,*

Syrup.
- de Betonica,
- de Hyssopo.
- de Stœchade.
- de Calamentho,

Oxymel scylliticum.

Mel
- Anachardinum.
- Antosatum.

Confectio anacardina.
Diasinapi.
Synapi conditum.
Diacastoreum.
Aurea Alexandrina.
Mithridatica confectio.
Teriaca.
Piiris arconticon.
Aqua vitæ, vel sola, vel diluta dictis confectionibus.